


VI. Anguli mensura est circuli ex angulari puncto descripti arcus, inter crura satis prolongata interceptus: *Vt, in Triangulo ABC, anguli BAC mensura est arcus OP vel BD.*



VII. Circulus in trigonometria omnis diuiditur in partes siue gradus 360. & gradus singuli rursus in 60. scrupula, siue minuta prima, & vnum primum in totidem secunda, &c. Quæ partes tanto sunt maiores, quanto circulus est maior. Arcus autem, qui eodem partium numero constant, in circulis æqualibus æquales, in circulis inæqualibus similes dicuntur: *Vt, arcus BD & GH sunt æquales: arcus verò BD & OP sunt similes. Sicut enim BD, verbi gratia, est 40 partium in circulo magno EBD: ita OP est 40. partium in circulo parvo LOP. &c.*

VIII. Igitur circuli dicti quadrans est arcus 90. partium.

IX. Arcus quadrante minoris complementum est, quod ipsi ad 90. partes deest, *Vt, arcus BD. 40. partium, complementum est arcus BE. 50. partium: & vicissim.*

X. Ar-